

2199

LITURGICI.

2200

Mein fleisch mein pluēt mein pain
 Das mues sein also rain
 Als das bemad was
 Darinn vnser liebe fraw irs liebu Kinds genas.

Itaque Precum ab Ecclesia probatarum praeter Pfalms de *Poenitentia* dictos reperias nihil.

DCCCCXXVI.

- R. 45 Codex membraneus belg. Sec. XV. Folior. 120. 4. min. bene scriptus, rubricis, et Titulorum frontibus deauratis et picturatis, *Horarium* est, sequentia complexum: *Calendarium* miniatis *Belgii* Indigetum nominibus insigne, in quo Epiphania vocatur: *Dertienen dach*; Officia de B. V. Maria, de aeterna Sapientia, de S. Cruce, de Spiritu sancto; Pfalms dictos de *Poenitentia* cum Litanis OO. SS. denique Mortuorum Vigiliis, quas adpellat *die langhe vighelien*. Principio Codicis Genealogica quaedam Sec. XVI. adscripta sunt ad nullam illustrium Stirpium pertinentia.

DCCCCXXVII.

- R. 3347 Codex membraneus lat. germ. Sec. XIV. Folior. 188. 8. min. e variis opellis confarcinatus, ideoque non una manu scriptus sequentia complectitur. I. *Calendarium*, in quo major Sanctorum numerus tardius subpletus est, et quorundam fat ignotorum. *kalendaris Aprilib.* adsignata *Conuersio Marie Magdalene*. Sequitur Hymnus: *Aue virgo katerina, aue mar-*

tir et regina &c. et Adspiratio pia, quae incipit: *Jocundum sit tibi eloquium meum, ego vero margareta delectabor in domino &c.* tum *Initium sancti ewangelii secundum Lucam*, et *Examen Moribundi* in hunc modum: *Also sol man den menschen vragen, der jezo sterben wil. Mensche tröstu dich des, daz du mit christenlichen geloben tot list? So sol der sieche sprechen vil andächtlichen. Ja. Vegibest du des got, daz du niht reht hast gelebt als du soldest? Ja. Rixent dich dine sunde? Ja. Hastu des willen, daz du dich bezzern woldest, ob du lange soldest leben? Ja ih warlichen.* In progressu tota *Moribundi spes in mortem et merita Christi* dirigitur, quod mirum videbitur quibusdam a nostris *Sacris alienis*, et in fine additur *Adhortationem istam inventam esse an einem hohen puch, daz was des bischolfes von Engelland. Anselmum Cantuariens.* hic innui non dubito, cujus idem *Examen* latine bis exhibetur hoc *Vol. Consule*, si lubet, *Indicem*. His demum accedunt *Benedictiones* et *Preculae* quaedam hoc initio: *Hewt vnd immer si ich gesegent vnd min wirt vnd minio cbint mit dem segen, da sancta Maria mit gesegent wart, do si den heiligen christ enphie vnd gebar. &c.* In usum *Mulieris*, et forsitam supra nominatae *Margaretae*, haec scripta vides.

Dd 2

II.